

nuas nundinas, sive forum quarta feria post Dominicam judica, quae sive quod dictae quarta feria incipiant et usque ad proxime sequentem diem Sabbathi dundaxat inclusive permaneat. Volumusque ac decernimus dictam Civitatem ac Cives et incolas ejus in dictis nundinis sive foro uti, frui, et plene libereque gaudere omnibus immunitatibus, libertatibus, gratiis, praerogativis, et juribus universis, quibus vicinae sibi Civitates in suis annuis nundinis sive foro utuntur, fruuntur et gaudent.

Mandamus igitur omnibus subditis, nostris, cujuscunque officii, dignitatis aut status existat, et praesertim Advocato nostro districtus terrae sex Civitatum Budissin, Gorlitz, Zittau etc. qui nunc est vel in futurum erit, ne praefatam Civitatem, cives et incolas ipsius sub poena indignationis nostrae in supra dictis eorum annuis nundinis sive foro vexent, turbent, aut aliquo modo impediant, quin potius eam atque ipsos defendant, tucantur et protegant, praesertim sub nostri Regalis sigilli appensione testimonio litterarum. Datum Wratislaviae die vigesima sexta mensis Decembris, Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, Regnorum nostrorum Anno Hungariae etc. quinto decimo, Bohemiae vero secundo.

Ad relationem Dn. Procopii
de Rabenstein, Cancell.
Nicolaus Liscuis, Legum Doct.

Anmerk. Die Annalen setzen das Privilegium in das Jahr 1454; auch Käuffer 2, 172; allein derselbe sagt, daß man zu jener Zeit das Jahr mit dem ersten Weihnachtsfeiertage angefangen habe. Das Privilegium befindet sich bei Hofmann 4, 219.